Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-400112-p0001-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-400112-p0002-7

14.
1776, 1
8
Dd 50

DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA

EXHIBENS

# DECADEM POSITIONVM EX IVRE CIVILI

QVAS

EX DECRETO

ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS

SVB PRAESIDIO

D. IO. CHRISTOPH. KOCH

SEREN. HASSIAE LANDGR. A CONSILIIS INTIMIS

ACADEMIAE PROCANCELLAR. ET PROF. IVR. PRIM.

COM. PAL. CAES.

PRO

LICENTIA

SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES

AC PRIVILEGIA DOCTORALIA

RITE CONSEQVENDI

IN AVDITORIO IVRISCONSVLTORVM SOLENNI

AD DIEM IX. FEBRVAR. MDCCLXXVI.

PVBLICAE ERVDITORVM CENSVRAE

SVBIICIT

GVILIELMVS CHRISTOPHORVS ROST

MOENO - FRANCOFVRTANVS.

GIESSAE

apud IOH. IACOB. BRAVN acad., typogr.

KOENFRIED UNIVERS. ZV HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-400112-p0003-2

FLORENTISSIMAE REIPVBLICAE FRANCOFVRTENSIS
INCLYTO
SENATORIO ORDINI
# VIRIS
*MAGNIFICIS NOBILISSIMIS*
*CONSVLTISSIMIS AC PRVDENTISSIMIS*
## DN. PRAETORI
## DNN. CONSVLIBVS
## DNN. SCABINIS
## DNN. SYNDICIS
## DNN. SENATORIBVS
ET
NOVEM EX IISDEM
QVI
*AVGVSTISSIMI IMPERATORIS CONSILIARII*
*ACTVALES*
SVNT
*PATRONIS AC FAVTORIBVS*
SVIS

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-400112-p0005-3

CVM VOTO

NVNQVAM INTERMORITVRAE FELICITATIS

PAVCAS HAS PAGELLAS

IN VLTERIOREM SVI

*COMMENDATIONEM*

EA QVA PAR EST OBSERVANTIA

OFFERT

# TANTORVM NOMINVM

CVLTOR PERPETVVS

GVIL. CHRISTOPH. ROST.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-400112-p0006-9

## POSITIO I.

Actionum praeſcriptiones in Iure Naturae non ſunt fundatae. Primo: quia tempus non poteſt iura noſtra delere. Secundo: quia ius illud nullum tempus definit quo durante ea, quae nobis debentur, proſequi debeamus.

## POSITIO II.

Verba legis 7. §. 1. D. *ſoluto matrimonio quemadm. dos petatur* ---- PAPINIANVS (*autem*) lib. II. quaeſtionum, *diuortio facto fructus diuidi ait, non ex die locationis, ſed habita ratione praecedentis temporis, quo mulier in matrimonio fuit. Neque enim ſi vindemiae tempore fundus in dotem datus ſit, eumque vir ex calendis Nouembribus primis fruendum locauerit, menſis Ianuarii ſuprema die facto diuortio, retinere virum & vindemiae fructus, & eius anni, quo diuortium factum eſt, quartam partem mercedis aequum eſt: alioquin ſi coactis vindemiis, altera die diuortium intercedat,*

*fructus integros retinebit. Itaque ſi fine menſis Ianuarii diuortium fiat, & quatuor menſibus matrimonium ſteterit: vindemiae fructus, & quarta portio mercedis inſtantis anni confundi debebunt, vt ex ea pecunia tertia portio viro relinquatur.* ----

TREVTLERVS, BACHOVIVS, STRAVCHIVS & WISSENBACHIVS ſecundum hunc calculum interpretantur:

| | |
|---|---|
| Vindemiae fructus -- -- -- | 300 Flor. |
| quarta portio mercedis (e. g. 240 Flor.) inſtantis anni -- -- | 60 Flor. |
| | 360 Flor. |

Tertia huius pecuniae portio viro relinquenda, erunt -- -- -- -- -- -- -- 120 Flor.

Contra, DVARENVS, DONELLVS & praecipue HILLIGERVS ad DONELLVM lib. 14. c. 7. ſequentem in modum explicant:

| | |
|---|---|
| Vindemiae fructuum (e. gr. 300. Flor.) vncia -- | 25 Flor. |
| Quarta portio mercedis (e. g. 240. Flor.) inſtantis anni -- -- -- -- -- -- -- | 60 Flor. |
| Tertia ergo pars viro relinquenda, ſunt | 85 Flor. |

Et hunc calculum ego probo. Nam *vncia fructuum vindemiae* & *quarta* portio *mercedis inſtantis anni* confuſa, conſtituit *tertiam* partem viro debitam: quia matrimonium ſtetit *quatuor* menſibus, ergo anni *triente*, & quidem *vno* menſe *prioris* & *tribus ſequentis*

*tis* anni menſibus: reſpectu ſcilicet ad fructus rei dotalis habito.

## POSITIO III.

Laeſio *vltra dimidium* tum adeſt, ſi vnus contrahentium, ne dimidiam quidem eius rei, quam ipſe praeſtitit, aeſtimationem viciſſim accepit. Igitur, quae indubia eſt in *venditoris* perſona calculi ratio, vt venditor vltra dimidium laeſus dicatur, ſi e. g. rem, cuius pretium eſt 20 Flor., vendidit pro 9.; eadem quoque proportione *emtor* laeſus vltra dimidium tum demum dici poterit, ſi res, pro 20 Flor. emta, ne quidem 10 Flor. pretium aſcendit? Falſum ergo eſt, emtorem vltra dimidium laeſum eſſe, ſi rem, cuius pretium 10 Flor. eſt, 16 Flor. comparauit.

## POSITIO IV.

*Antichreſis tacita*, quam CVIACIVS in l. 8. D. *in quibus cauſis pignus vel hypotheca tacite contrahitur.* --- *Cum debitor gratuita pecunia vtatur, poteſt creditor de fructibus rei ſibi pigneratae ad modum legitimum vſuras retinere* --- inueniſſe ſibi viſus eſt, iure noſtro incognita eſt, lex enim allegata de caſu *morae* intelligi debet.

## POSITIO V.

Dies *bisſextus* in anno intercalari ſecundum calendarium *Romanorum* fuit VI. Cal. Martii, ſeu dies vigeſimus quartus & quintus Februarii. Secundum calendarium *noſtrum* dies bisſextus eſt dies vigeſimus octauus & nonus Februarii.

Igitur

Igitur in anno intercalari, die biſſexto, ſiue priore, ſiue poſteriore, in lucem editus, die XXVIII. Februar. natus cenſetur. Si vero terminus maiorennitatis in anno intercalari in diem biſſextum incidit, priore iam die maiorem ingreſſus eſt aetatem; nam id biduum pro vno die habetur. l. 3. §. 3. D. *de minoribus 25. annis*. l. 98. D. *de verbor. ſignif.*

POSITIO VI.

Lex *pen.* D. de pactis: --- *Nemo paciſcendo efficere poteſt ne vicino inuito praedium alienet*, --- eum ſenſum non ſpirat, quaſi eiusmodi pactum plane nullum eſſet; eiusmodi enim pactum iure hodierno omnino efficax eſt.

POSITIO VII.

Actio de in rem verſo ſemper *perſonalis* eſt, nunquam *realis*, quae erronea eſt LEYSERI ſententia, quam incaute ſequitur HELLFELDIVS. Lex enim 5 & 6 D. *qui potior. in pignor.* de *ſola praerogatiua* pignoris, aliunde iam competentis, loquuntur.

POSITIO VIII.

*Legatum liberationis* inutile eſt, ſi nihil debeatur, licet *certa quantitas* adiecta ſit.

POSITIO IX.

Frater fictus & adoptatus fratri non ſuccedit ab inteſtato. Nec eiusmodi adoptioni effectus ciuiles adſcribi poſſunt, ſed monſtro ſimilis eſt, lege expreſſa reprobato. l. 7. C. *de hered. inſtit.* Quidquid dicat CRELLIVS in *diſſ.* de adoptione in locum fratris non monſtroſa.

POSITIO X.

Fideiuſſor, qui ſe vt debitorem principalem obligauit, beneficio excuſſionis adhuc fruitur.

S6.
ULB Halle 3
005 120 055
TA-306
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-400112-p0011-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-400112-p0012-2

DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA

EXHIBENS

# DECADEM POSITIONVM EX IVRE CIVILI

QVAS

EX DECRETO

ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS

SVB PRAESIDIO


**D. IO. CHRISTOPH. KOCH**

SEREN. HASSIAE LANDGR. A CONSILIIS INTIMIS

ACADEMIAE PROCANCELLAR. ET PROF. IVR. PRIM.

COM. PAL. CAES.


PRO

**LICENTIA**

SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES

AC PRIVILEGIA DOCTORALIA

RITE CONSEQVENDI

IN AVDITORIO IVRISCONSVLTORVM SOLENNI

AD DIEM IX. FEBRVAR. MDCCLXXVI.

PVBLICAE ERVDITORVM CENSVRAE

SVBIICIT


**GVILIELMVS CHRISTOPHORVS ROST**

MOENO - FRANCOFVRTANVS.


---


*GIESSAE*

apud IOH. IACOB. BRAVN acad., typogr.



14.

1776, 1

8

g 520.

KOENIGL. UNIVERS. ZU HALLE



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-400112-p0013-8